



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDXCV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

peritate locuto. Tum Magdalena; gratia, siebat, laudes, & magnificientia tibi Deus virtutum, qui dignatus es mediante MARIA, Ignatio, & Angelo dare ancillæ tuæ notitiam alti huius, & adeò sublimis exercitij. Ee studi. Una nempè inter selectissimas MARIAE (qua similitate Deus placuit,) placendi, eamque cotendit artes industria festum humilitas, quā, & ipsi prædicti simis, & ad id alios propterribus prouehantur. Quod fertur Ignatius agere MARIA voluit dum illum istuc duxit, id age: neque ipse tantum humilitati staret, sed & alios adhortare.

A N N O M D X C V .

340 Collegium Palencianum in annuis 1595. P. Joannis Ferandi meminimus. Hic etiam tum puer, à Patre ad mercaturam à studijs vocabatur. Igitur ante Beatissimæ Virginis imaginem Toleti effusus in mœrem ac preces, illam invenerit obtestatus est, ut ne auelleretur à studio literarum. Reliqua de illo vide in annuis, vel in Incitamentis Grecij impensis imm. 81 & 82. Hesychius Hierosolymitanus Beatissimam Virginem Matrem lucis, & stellam vite vocat. Vére illuxit tōri Ioannis vita hæc Mater lucis, & stellæ vita, ac multis alijs post Iohannem.

341 Hoc anno, ut perhibet Hippolytus Maracciis in Bibliotheca sua Marianæ, i. P. Hieronymi Natalis tractatus de lardibus Deiparae Virginis cusus est Antwerpiae. In Zebi 1 Sept. hoc anno viuere desit P. Antonius Sedennus, qui vt Deiparæ cultum Manilæ, ac in Philippinis propagaret, pictores acceperit, & insularum templo fecerit Deiparæ imaginibus impleuit.

342 P. Arnoldus Procurerius ad suam erga Deiparæ cultum propensionem novo nomine obligatum expertus est, quando ab ea est personatus.

Nam

Studia  
sua B. V.  
commen-  
dere.

b. 2. de  
B. V.

Imagi-  
nes B. V.  
curare.

obit 1595  
Tracti.

Nam os illi quoddam subnasum erat in naribus: nec erat ars vlla quæ remedium inueniret. Ergo medici, & chirurgi expectabantur, qui illud extraherent. Interea P. Arnoldus Deipara operi impensis implorans, ipse illud nullo dolore extraxit atque eo ipso pituita fœtida fluxum in momento stitit.

Hoc anno 3. Martij in odiū fidei cæsus est P. Robertus Southuellus, qui nuncupatis Societatis votis illud sibi pro incitamento virtutis scripsit: B. Virginis Filius effensus es. P. Franciscus de la Croix in hortulo Mariano è pijs P. Southuelli commentarijs hæc depromit: Si B. Virgo rursum deberet CHRISTVM in utero gestare, vel communicare, scilicetque horam, vel momentum quo venturus esset, quantis præparationibus se disponeret? quot putas amoris actus continuo faceret? quam attente cordis sui thalamum præpararet? quot lachrymis, quot suspirijs, quot ignitis orationibus diem illum, & horam expectaret? & cum tempus adesse sciret, quam humiliter, deuotè, reuerenterque se componeret? Tota procul dubio in Dei contemplatione, & summæ illius bonitatis, amoris, maiestatis, & misericordiæ consideratione hora illa absorberetur, ita ut charitatis ardore inflammata, diuina magis quam humana fieret; & terrenorum prorsus obliteretur, inter cælestes Angelorum choros, pariter cum eo quem receptura esset, versaretur. Hæc Southuellus. 17 Aprilis hoc anno P. Henricus Valpolus dum Deiparæ Aue MARIA diceret, ea salutatione necdum absolutâ, de scalis deiectus, in odium fidei est internectus. Tu, ait Ecclesia Græca ad B. Virginem, tu scala sublimis, & ad calum usque porrecta.

343 Magno egregia<sup>z</sup> opera pretio Deiparam in  
B b pudi-

In mor-  
bis illam  
invocare

GIG. V. 21

arvol. 5.  
cap. 9.

In com-  
munione

**Mensaa**